

Ad Laudes Rubrics 1960

[Compare](#)
[Sancta Missa](#)

[Ordo](#)
[Options](#)

Top Next	2
<i>Incipit</i> <i>V.</i> Deus ✠ in adiutórium meum inténde. <i>R.</i> Dómine, ad adiuvándum me festína. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sécula sæculórum. Amen. A llelúia.	

Top Next	3
<i>Psalmi</i> {Laudes:1 Psalmi, antiphonæ ex Proprio Sanctorum} <i>Ant.</i> Salve, crux pretiósá, * súscipe discipulum eius, qui pepéndit in te magíster meus Christus. <i>Psalmus</i> 92 [1] 92:1 Dóminus regnávít, decórem indútus est: * indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se. 92:1 Étenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur. 92:2 Paráta sedes tua ex tunc: * a século tu es. 92:3 Elevavérunt flúmina, Dómine: * elevavérunt flúmina vocem suam. 92:3 Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vóciбус aquárum multárum. 92:4 Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus. 92:5 Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem díerum. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sécula sæculórum. Amen.	
<i>Ant.</i> Salve, crux pretiósá, súscipe discipulum eius, qui pepéndit in te magíster meus Christus.	

Top Next	4
<i>Ant.</i> Beátus Andréas * orábat, dicens: Dómine, Rex æternæ glóriæ, súscipe me pendéntem in patíbulo. <i>Psalmus</i> 99 [2] 99:2 Iubiláte Deo, omnis terra: * servíte Dómino in lætítia. 99:2 Introíte in conspéctu eius, * in exsultatíone. 99:3 Sciótóe quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et non ipsi nos. 99:3 Pópulus eius, et oves páscoe eius: * introite portas eius in confessióne, átria eius in hymnis: confitémini illi. 99:5 Laudáte nomen eius: quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia eius, * et usque in generatióem et generatióem verítas eius. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sécula sæculórum. Amen.	
<i>Ant.</i> Beátus Andréas orábat, dicens: Dómine, Rex æternæ glóriæ, súscipe me pendéntem in patíbulo.	

Top Next	5
<i>Ant.</i> Andréas Christí fámulus, * dignus Dei Apóstolus, germánus Petri, et in passióne sócius. <i>Psalmus</i> 62 [3] 62:2 Deus, Deus meus, * ad te de luce vígilo. 62:2 Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea. 62:3 In terra desérta, et ínvia, et inaquósa: * sic in sancto appáruí tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam. 62:4 Quóniam melíor est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te. 62:5 Sic benedícam te in víta mea: * et in nómine tuo levábo manus meas. 62:6 Sicut ádipe et pinguédine repléatur ánima mea: * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum. 62:7 Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditábor in te: * quia fuísti adiutor meus. 62:8 Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, adhésit ánima mea post te: * me suscépit dextera tua. 62:10 Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introfunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládií, partes vólupum erunt. 62:12 Rex vero letábitur in Deo, laudábuntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iniqua. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sécula sæculórum. Amen.	
<i>Ant.</i> Andréas Christí fámulus, dignus Dei Apóstolus, germánus Petri, et in passióne sócius.	

Top Next	6
<i>Ant.</i> Maximilla Christo amabilis * tulit corpus Apóstoli, óptimo loco cum aromátibus sepelívit. <i>Canticum Trium Puerorum</i> [4] <i>(Canticum Trium Puerorum * Dan 3:57-75:56)</i> 3:57 Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sécula. 3:58 Benedícite, Ángeli Dómini, Dómino: * benedícite, cæli, Dómino. 3:59 Benedícite, aque omnes, quæ super cælos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino. 3:60 Benedícite, sol et luna, Dómino: * benedícite, stellæ cæli, Dómino. 3:61 Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino. 3:62 Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * benedícite, frigus et æstus, Dómino. 3:63 Benedícite, rores et pruina, Dómino: * benedícite, gelu et frigus, Dómino. 3:64 Benedícite, glaciés et nives, Dómino: * benedícite, noctes et dies, Dómino. 3:65 Benedícite, lux et ténébræ, Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino. 3:66 Benedícat terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sécula. 3:67 Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino. 3:68 Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária et flúmina, Dómino. 3:69 Benedícite, cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino. 3:70 Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino. 3:71 Benedícat Israël Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sécula. 3:72 Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino. 3:73 Benedícite, spíritus, et ánimæ iustórum, Dómino: * benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino. 3:74 Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sécula. 3:75 ^{<i>(Fit reverentiam)</i>} Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spírítu: * laudémus et superexaltémus eum in sécula. 3:56 Benedictus es, Dómine, in firmaménto cæli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sécula. <i>Ant.</i> Maximilla Christo amabilis tulit corpus Apóstoli, óptimo loco cum aromátibus sepelívit.	

Top Next	7
<i>Ant.</i> Qui persequébantur iustum, * demersísti eos, Dómine, in inférno, et in ligno crucis dux iusti fuísti. <i>Psalmus</i> 148 [5] 148:1 Laudáte Dóminum de cælis: * laudáte eum in excélsis. 148:2 Laudáte eum, omnes Ángeli eius: * laudáte eum, omnes virtútes eius. 148:3 Laudáte eum, sol et luna: * laudáte eum, omnes stellæ et lumen. 148:4 Laudáte eum, cæli cælórum: * et aque omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini. 148:5 Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creata sunt. 148:6 Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteribít. 148:7 Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et omnes abyssi. 148:8 Ignis, grando, nix, glaciés, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum eius: 148:9 Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri. 148:10 Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennátæ: 148:11 Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes iúdicés terræ. 148:12 Iúvenes, et vírgines: senes cum iunioribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius soltus. 148:13 Confessio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui. 148:14 Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sécula sæculórum. Amen.	
<i>Ant.</i> Qui persequébantur iustum, demersísti eos, Dómine, in inférno, et in ligno crucis dux iusti fuísti.	

Top Next	8
<i>Capitulum Hymnus Versus</i> {ex Proprio Sanctorum} <i>Rom</i> 10:10-11 F ratres: Corde enim créditur ad iustítiam, ore autem confessio fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui crédit in illum, non confundétur. <i>R.</i> Deo grátias. <i>Hymnus</i> E xsúltet orbis gáudiis: Cælum resúltet laudibus: Apostolórum glóriam Tellus et astra cóncinunt. Vos sæculórum iúdicés, Et vera mundi lúmina: Votis precámur córdium, Audiíte voces súpplicum. Qui templa cæli cláuditis, Serásque verbo sólvitis, Nos a reátu nóxios Solví iubéte, quæsumus. Præcépta quorum prótinus Languor salúsque séntiunt: Sanáte mentes lánguidas: Augéte nos virtútibus. Ut, cum redibit árbitèr In fine Christus sæculi, Nos sempitérni gáudii Concedát esse cómpotes. * Patri, simúlque Fílio, Tíbique Sancte Spíritus, Sicut fuit, sit iúgiter Sæclum per omne glória. Amen. <i>V.</i> Annuntiavérunt ópera Dei. <i>R.</i> Et facta eius intellexérunt.	

Top Next	9
<i>Canticum: Benedictus</i> {Antiphona ex Proprio Sanctorum} <i>Ant.</i> Concéde nobis * hóminem iustum, redde nobis hóminem sanctum: ne interficiás hóminem Deo cárum, iustum, mansuétum et pium. <i>(Canticum Zachariae: Luc. 1:68-79)</i> 1:68 Benedictus ✠ Dóminus, Deus Israël: * quia vísitávit, et fecit redemptióem plebis suæ: 1:69 Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo Dauid, píterí sui. 1:70 Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a século sunt, prophetárum eius: 1:71 Salútem ex inimicis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos. 1:72 Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti. 1:73 Iusurándum, quod iurávit ad Ábraham patrem nostrum, * datúrnm se nobis: 1:74 Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberátí, * serviámus illi. 1:75 In sanctitáte, et iustítia coram ipso, * ómnibus díebus nostris. 1:76 Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præbis enim ante faciém Dómini, paráre vias eius: 1:77 Ad dandam sciéntiam salútis nobis: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto: 1:78 Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * qui a século in remissiónem peccatórum eorum: 1:79 Illumináre his, qui in ténébris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sécula sæculórum. Amen. <i>Ant.</i> Concéde nobis hóminem iustum, redde nobis hóminem sanctum: ne interficiás hóminem Deo cárum, iustum, mansuétum et pium.	
<i>Preces Feriales</i> {omittitur}	

Top Next	10
<i>Chapter Hymn Verse</i> {from the Proper of Saints} <i>Rom</i> 10:10-11 B rothers: For, with the heart, we believe unto justice; but, with the mouth, confession is made unto salvation. For the scripture saith: Whosoever believeth in him, shall not be confounded. <i>R.</i> Thanks be to God. <i>Hymn</i> N ow let the earth with joy resound, And heaven the chant re-echo round; Nor heaven nor earth too high can raise The great Apostles' glorious praise. O ye who, throned in glory dread, Shall judge the living and the dead, Lights of the world forevermore! To you the suppliant prayer we pour. Ye close the sacred gates on high; At your command apart they fly: Oh! loose for us the guilty chain We strive to break, and strive in vain. Sickness and health your voice obey; At your command they go or stay: From sin's disease our souls restore; In good confirm us more and more. So when the world is at its end, And Christ to judgement shall descend, May we be called those joys to see Prepared from all eternity. * Praise to the Father, with the Son, And Holy Spirit, Three in One; As ever was in ages past, And so shall be while ages last. Amen. <i>V.</i> They declared the works of God. <i>R.</i> And understood his doings.	

Top Next	11
<i>Canticum: Benedictus</i> {Antiphon from the Proper of Saints} <i>Ant.</i> Spare unto us * this just man, release unto us this holy one; slay not the friend of God, who is just, courteous, and godly. <i>(Canticle of Zacharias: Luke 1:68-79)</i> 1:68 Blessed be the Lord ✠ God of Israel: * because he hath visited and wrought the redemption of his people: 1:69 And hath raised up an horn of salvation to us, * in the house of David his servant: 1:70 As he spoke by the mouth of his holy Prophets, * who are from the beginning: 1:71 Salvation from our enemies, * and from the hand of all that hate us: 1:72 To perform mercy to our fathers, * and to remember his holy testament, 1:73 The oath, which he swore to Abraham our father, * that he would grant to us, 1:74 That being delivered from the hand of our enemies, * we may serve him without fear, 1:75 In holiness and justice before him, * all our days. 1:76 And thou, child, shalt be called the prophet of the Highest: * for thou shalt go before the face of the Lord to prepare his ways: 1:77 To give knowledge of salvation to his people, * unto the remission of their sins: 1:78 Through the bowels of the mercy of our God, * in which the Orient from on high hath visited us: 1:79 To enlighten them that sit in darkness, and in the shadow of death: * to direct our feet into the way of peace. <i>V.</i> Glory be to the Father, and to the Son, * and to the Holy Ghost. <i>R.</i> As it was in the beginning, is now, * and ever shall be, world without end. Amen. <i>Ant.</i> Spare unto us this just man, release unto us this holy one; slay not the friend of God, who is just, courteous, and godly.	

Top Next	12
<i>Oratio</i> {ex Proprio Sanctorum} <i>V.</i> Dómine, exáudi oratióem meam. <i>R.</i> Et clamor meus ad te véniat. O rémus M aiestátem tuam, Dómine, suppliciter exorámus: ut, sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus exstítit prædicátor et rector; ita apud te sit pro nobis perpétuus intercessor. P er Dóminum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sécula sæculórum. <i>R.</i> Amen. <i>Commemoratio Feria II infra Hebdomadam I Adventus</i> <i>Ant.</i> Angelus Dómini nuntiávit Maríæ, et concépit de Spírítu Sancto, allelúia.	
<i>V.</i> Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini. <i>R.</i> Rectas fácite sémitas eius. O rémus. E xcaita, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripí, te liberánte salvári: Q ui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sécula sæculórum. <i>R.</i> Amen.	

Top Next	13
<i>Conclusio</i> <i>V.</i> Dómine, exáudi oratióem meam. <i>R.</i> Et clamor meus ad te véniat. V. Benedicámus Dómino. <i>R.</i> Deo grátias. <i>V.</i> Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. <i>R.</i> Amen.	

Laudes persoluit.

Matutinum Laudes Prima Tertia Sexta Nona Vesperae Completorium

<p>all psalms</p>	<p>Monastic Tridentine 1570 Tridentine 1910</p>	<p>Latin</p> <p>Deutsch</p> <p>English</p> <p>Espanol</p> <p>Francais</p> <p>Italiano</p> <p>Magyar</p> <p>Polski</p> <p>Portugues</p> <p>Polski-Newer</p>
	<p>Divino Afflato Reduced 1955 Rubrics 1960</p>	<p>Hodie</p> <p>Delectatio Defunctorum</p> <p>Parvum B.M.V.</p>

[Versions](#)
[Credits](#)
[Download](#)
[Rubrics](#)
[Technical](#)
[Help](#)